



Quotidiana Christiani Militis Tessera

Stanyhurst, Guillaume

Coloniæ Agrippinæ, 1682

2. Dies Aprilis. Initium bonorum est abstinentia peccatorum. Ambrosius
enarr. sup. Psal. 1.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55659](http://urn.nbn.de/hbz:466:1-55659)

Aprilis.

Tessera.

247

fert, prælum init: ille nec imperium accipiat, nec ad arma confugiat, neque è tabernaculo prodeat: sed altiori somno oppressus, molliter in culcitratubet, vel in herba stratus, otiosè recumbat, vel plumis insepultus oscitando stertat. Talis, si jure cum ipso aggatur, non tantum non donabitur ut emeritus miles, donativo: sed mulctabitur ut infamis supplicio. Quapropter, dum cum Aprili aperitur terra, ut germinet flores: esto ut flos campi, non horti: injurias, quas perferas potius speres, quam formides: mala, quæ patiaris, magis expetas, quam horreas: adversa, quibus premaris, ambias, non fugias. Memor, maximum esse malum, non posse pati mala: certus, nihil esse malum, nisi quod te efficit malum. Semen tristitia; erit tibi seges ætitia. Si velis esse æquus arbiter; quos subis labores, debes interpretari esse Dei favores. Quo impensior fuerit, qui præcessit labor; eò suavior erit, quæ sequetur quies. Sic suffragio Poëtæ:

Charitas est charum, si prægustatur amarum.

2. DIES APRILIS.

Initium bonorum est abstinentia peccatorum. *Ambrosius enarr. sup. Psal. I.*

Initium I.
boni, est
recessus à
malo.

Q

Uod docuit David, dicendo:
(a) *Declina à malo, & fac bonum.* Et quod fecit Filius David, noster Emanuel, scilicet,
(b) *reprobare malum, & eligere bonum,* hoc ut facias,
suadere

Q 4

(a) *Pf. 36.27.* (b) *Isa. 7.15.*

suadere incipio, persuadere satago. A, sive principium omnis Boni, est & sive finis omnis mali. Tunc incipit esse bonus; dum desinat esse malus. Non inclinabis in bonum, nisi prius declines a malo. Itaque a malorum fuga, sumendum est initium; antequam in virtutum incunbas exercitium. Ratio est confessio. Sicut Gratia Naturam non destruit, sed perficit; ita Gratia in hominis, dum illum in spiritu parturit (a) donec formetur Christus in eo, regeneratione sedulò simulatur. Ea ergo lege, qua maternatura, quamvis primò intendat generare, quam corrumperet: prius tamen corruptit, quam generat. Unde conspiranti assensu Philosophi afferunt Generationem unius, corruptionem esse alterius. Sic in hodierna tessera, tametsi initium salutis nostrae, sit generatione bonorum, sive Virtutum, praemittit tamen abstinentiam peccatorum, hoc est, vitiorum corruptionem. Adumbrabant hoc documentum, ut Petrus Cellensis tradit, duo Cherubim collocati in lateribus Arcæ: nam sic philosophatur: (b) Due partes oraculi, sunt remoto Malorum, & adoptio Bonorum. Unus namque propitiatorii Cherub, est in latere uno, qui fugat mala a nobis: alter in altero, qui acquirat bona nobis. Totum enim, quantum ad nos officium angelicum est, ut defendant nos a malo, & conservent in bono. Duo igitur ut sis bonus, & quod sequitur, beatus, requiruntur; primum, remoto malorum, deinde adeptio bonorum.

II. Illi accinit D. Basilius, dum comparat pietatis exercitationem scalæ a Jacob visæ. (c) Quemadmodum

(a) Gal. 4.19. (b) I. i. Myst. expos. Mosai. tabernac.
(c) In homil. sup. Psal. I.

rilis.
rinci-
mali.
. Non
o. I-
ante-
est in
, sed
piritu
nera-
er na-
n cor-
herat.
Gene-
n ho-
t ge-
amen
rup-
t Pe-
n la-
artes
rum.
uno,
t bo-
An-
t m
tur,
uin,
catis
mo-
lum
nac.

Aprilis.

Tessera.

249

dum in gradu scalaris, prima est ascensio, ab humo recessus: sic in exercitatione Divinae conversationis principium profectus, est discessus à malo. Nec enim terminum, ad quem perfectionis attinget: quiterminum, à quo imperfectionis non relinquet. Basilii æmulator & D. Ambrosius, ad eandem scalam Jacob, alludit per quam vidit Angelos ascendentibus, & descendentes: ubi ab imis ad summa ascenditur; & à peccatis, ad virtutem progressus fit. His ergo te admonet verbis, te urget stimulis, te pungit aculeis. (a) *Nefastidias, ô homo, primum illum velut ultissimum gradum.* Ille primus ascensus te à terris separat: aerem calcas, ubi ab humo elevaveris vestigium. In virtute positus, surgendo liquisti terram: Terram relinquis, si culpam declinas. Exordium ergo processionis ad virtutem est, abstinere à peccato. Sic itur de virtute ad virtutem: sic fiunt ascensiones in corde: sic videtur Deus Deorum in Sion, & sic devictis vitiis, perdonatisque animi affectionibus, scalas nobis faciemus, per quas ad virtutis fastigium, ad Beatitatis præmium, ad amarantinam, immarcessibilemque coronam, & ad cælestem gloriam ascendamus.

III. Nunc igitur, ut quod tanto conatu investigasti bonum obtineas, incipe mala deserere, ne te prius jam malum deserant. Plus Deus optimus odit mala tua, quam tu pessimus nunc odisti, vel prius amasti. Plus Deum precare, ut abluat tuas culpas, quam ut remittat poenias: nec tam flagites poenæ indulgentiam, quam culpæ veniam. Opta quantum tibi fas est optare, omnium creaturarum desideria, posses in unum cogere: & velis omnia simul deside-

Q

rare,

(a) Suprà citatus.

rare, ut vindicet ejus Justitia tua scelera. Si in Deum verecundia cadere posset: nullius rei sic eum pœnitent, nisi quod tam honorificum, & abominabile monstrum, qualis est homo peccati letiferi reus, conservetur in mundo. Unde plus meretur, quam locum tartari: meretur esse extra omnem naturam, ne dehonester illam, qui dedecoravit decus ejus, occidit, quantum in eo fuit, Patrem ejus: abstulit coronam creaturarum de capite ejus: contemnendo Auctorem, singulas creaturas dehonoravit: ideo deberet esse scopus odii omnium, qui peccando confudit omnia. Fuit enim dedecus naturæ, inuria Gratiae, irrisio Divinæ voluntatis. Aspicis hic tui imaginem, quæ est omnium tui pitidimum, ac monstrorum complexio. An adhuc tibi non displicant mala tua? festina, sed non lente, declinare mala, quia periculum, ne dicam exitium est in mora. Subscribit mihi dicenti, Poeta, dum ita scribit:

Prorsus, & absque mora, mala declinare labora.

3. DIES APRILIS.

Malus, etiamsi regnet, servus est tot
Dominorum, quot vitiorum. *Augustinus de Civit. lib. 4. cap. 3.*

Vitia vitanda,
quia inducat ser-
vitutem.

I.

Chicunque exosa est servitus, ut eam evadat, sit vitiorum Dominus. Propone tibi compedes, manicas, vincula, remiges, & quidquid arctiori servitutis jugo ingenuum